Prognosticon Super nouis stupendis ꝛ prius nō visis Planetarum Coniunctionibus magnis, Anno d. M.D.XXIIII. futuris.

In honorē Domini mundi diui Caroli Cæsaris & Romanorū Imperatoris Inuictiss: semper Augusti &c. ac non nullorū principum electorū: sub quorum alis protectionis: Et præcipue illustrissimi principis Ludouici Comitis Palatini Rheni electoris Imperij etc. Ipse autor magister Ioannes Virdungus Hassurdensis Mathematicus clemētissime fouetur. æditū

An: do: 1521.

Durabitq; hoc prognosticon ad Annos usq; domini. 1560. aut ad 1563. annos fere.




Figura. celi introitus Solis in Arietem Anno 1524. die decima Marci post meridiem hora secunda minuto vndecimo equatis temporibus. ad quam posite sunt coniunctiones Planetarum in Piscibus: quę omnes octauam possidebunt domum quę significat mortem / interfectionem / combustionem & desolationem domorum damna maxima & letalia corporis. & res expauescibiles / bellicosas / bella & contentiones maximas: tristiciam & timores multorum hominum corda concutientes quae omnia ob has coniunctiones timenda erunt futura.

Magnifico Domino Severino Bonar De Balicze
Burgrabio Cracouiensi, ac Capitaneo Byetzensi, dño suo
vsq; colēdo Marcus bibliopola Cracouiensis. S. p. D.

PErlatū est nuper ad nos e Germania, quę (vt assolet) semper aliquid noui ꝑducit Vir humanissime idemq; Clarissime. prognosticon, Io: Virdungi Mathematici, syderalis disciplinę peritissimi, super magnis, ac tremendi horroris Planetarū coniunctionibus, haud vlli vnquā mortaliū antea auditis. Id qđ quū paucissimis exēplaribus accepissem, ac subinde a pluribus et eisdē amicis, nō mō optaret, verūetiā efflagitaret, visum est cōuenire, si huic quoq; amplissimo regno ęreis typis trāscriberetur. Porro quod ꝑmagna, futurę publicę cladis pars, septentrionalia & mari vicina loca respectat, tum quod iaculum prędisum minus feriat. Quanq̄ nec oīa passim, vt vulgo iactitatur, ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων diiudicare prorsum necesse sit. Quando & deus Optimus: Maximus rerū omniū cōis, & arbiter & dispensator, hodie etiamnū ἀνευθυσιῶν solū vel syncera atq; attrita mente, flecti tam potis est, quā olim diuino Psalti ac Ezechię regibꝫ fuerat. Is quippe nō patit̄ nos, vltra quā oportet tentari. Quū & ipse pernoscit, quibus nobis opus sit, vt veritas inqt. Vtcunq; vero, hoc quicquid est libelli, adlibuit magnificę tuę dominacioni tradere, dedicare, atq; commendare vt qui tui nominis fulgenti honore decoratus, et aura illius pręmunitus, auspicatius hic quoq; in lucem & prodeat, & euagetur. Quod si saltem gratum fuisse sensero, operę & impensę me nūquā pęnitebit. Valeat felicit̄ tua: d: cum tota domo in Arganthoneos annos. Cracouię 17 Kalend: Octobr: Anno dñi. M. D. XXII.

Illustrissimi principis et domini Domini Ludouici Comitis Palatini Rheni, Ducis Bauarię, Sacro sancti Romani Imperij Archidapiferi principis Electoris etc̄. Mathematico spectatissimo Insigni liberalium artiū Magistro Ioāni Virdungo Hassurdensi, Temarensis musa. S. P. D.

Prouide stelligeri spectator & arbiter axis,
Qui coeli cursus prospicis ante diem.
Cum post vigesimum / quartus numerabitur annus
Horrida: si vera est: quę modo fama volat,
Piscibus in cœlo, astrorum coniunctio fiet
Qualis in ęthereo non fuit ante polo.
Tanta planetarum non est coniunctio visa,
Heu quid siderum vult sibi consilium

Quid? in hoc aqueum magni tot lumina mundi
Signum conuenient auspicium ne bonum?
Fare quid illa uelit (nec erit coniunctio cassa)
Nunquid diluuij causa sit vndisoni?
Certe ego ni pacti vidissem fœderis irim
Nuper: diluuias ipse uererer aquas.
Sit procul iste timor non fallit fœderis huius
Signum: non redeunt Deucalionis aquę:
Esto: Quid ergo aliud coeuncia sydera faxent?
O specimen patrię: scribe /age/ Franconice
Ante vides uates, superumqȝ fata patescunt
Omnibus effectu conspicienda suo
Flagito pręsagis quid in ijs protenditur astris?
Interpres Phœbi discute/pande/refer.
Non soli indigetes (quas Rhenus nostraqȝ tellus
Extollit) domini talia fata legent:
Immo nouus uasto qui regnat Cęsar in orbe
Si modo donares Carolus ille leget
Dona igitur in primis non te donasse pigebit
Clemens excipiet fata dicata sibi.
Hisqȝ tuam terris diuam mirabitur artem
Sistere: quę rara semper vbiqȝ fuit.
Deinde Moguntinus Pręsul: quo non prior alter
Princeps elector, arma rotata ferens
Illeqȝ cui pręstat Rhenana Colonia nomen
Heu multis titulis notus vterqȝ suis:
Imo & Rex Dacię (tu nosti quam tua fata
Estimat) haud dubita talia scripta leget:
Atqȝ tuus dominus Leo magnanimus Ludouicus
Pacifica Rhenum qui dicione regit
Ipse est elector Princeps non vltima regni
Gloria Rhomani nobilitatis honor
Qui sibi te tanto famulantem tempore fouit
Ipse nouum gratus audiet illud opus.
Hoc quoqȝ franconica deposcit libera tellus:
Terra ferax/pręstans/nobilis/ingenua,
Et Themar hoc optat: Hassurt quoqȝ patria terra
Vt iactet talem se genuisse virum
Cui datur (altiloquo prius inspecto Ptholomeo)
Scribere pręsagis fata futura nouis.

Vale/lusum in florentissimo studio Heydelbergen.
Sexto Idus Nouembris, Anno. 1521.

Egregio et prestanti viro et domino Adã Wernherio Themarensi vtrorumqz iurium doctori Cõsultissimo Joannes Virdungus Hassurdensis Mathematicus. S. P. D.

INstanti Themarensis muse exhortationi me ad prognosticon super magna coniunctione scribendum impellenti morem geram. Nil dubitato cõsultissime dñe doctor, ita iampridem incitatus quorundã magnorũ heroum desyderio, presertim quorum tua meminit musa: quibus, nisi parerẽ ingratitudinis, recte arguerer, propter tot ipsorũ beneficia in me cumulatissime collocata. Et ecce sub ipsorũ clementię alis mea fatidica scripta clementer recepta recipiendaqꝫ. Iam secure euolare & tutis passibus quo libuerit, incedere & morari possunt liuida uirulentaqꝫ emulorum & calumniantium lingua ammodo contra ea attentabit nihil. Et si quid tale quid temere prętenderet deficiet, nec abs re. Quippe quę pręsagio fata ex limpidissimis astrologicę sciẽtię fontibus scaturiũt emanãtqꝫ Testes mihi sunt irrefragabiles illi Astrorum exploratores spectatissimi Ptolomeus / Albumasar / Messahalla / Abraam cęteriqꝫ illius siderei artis, authores comprobatissimi ex quorũ vestigiis me aberrare nõ autumo quę tanta lucubrationi & uigilanti studio obseruare & imitari contendo. Sicqꝫ cursu cœli, Astrorũqꝫ coniunctione bene ꝓspectata & aliis & mihi quoqꝫ prognosticare, & futuros siderum effectus anteq̃ eueniãt pręd icere permittitur: vt tamen omnipotentis dei gubernamen sit, maneatqꝫ semper saluum. Cuius virtus & imperiũ hodie nõ minus q̃ tempore Iosue aut Helię credat, quo solis cursus sistere, & pluuia pręter solitũ tunc cohibita: tandem precibus impetrata nutu dei sterilem terrã irrigare, fœcundareqꝫ iussa descendit. Quid dicemus de Ione predicantis vaticinio? qui magnę ciuitatis Niniuę subuersionẽ spiritusctõ instigante proclamauit: quę tñ tam tristẽ subuersionis effectum clementis dei ordinationem nõ sensit: Num propheta ipsa mentitus? absit. Ecce vnus est deus, suo nutu cuncta gubernans super omnia benedictus: Qui et liberũ homini indidit arbitrium: quo si prudenter vtatur, & ipse prędominari astris, astrorũqꝫ influxus, eorundẽqꝫ inclinatiões eludere, et declinare poterit. Quod nõ negat ille Ptolomeus Astrorũ princeps clarissimus. Sed ne longior q̃ par est videar: mi domine Doctor: ego prælibatorũ dominorũ meorum clementissimorũ humilis Clientulus ipsorum desyderio & obseruationi permotus quid sibi tanta astrorũ coniunctio in Piscibus congreganda velit: Quidqꝫ effectuũ presagiãt et efficere minetur sequentibus differentiis pręfatis dominis meis clementissimis suo ordine dicatis pro virili explanaui: Bene sperans pro solita & innata sua clementia clementer acceptent, legentqꝫ; & me inter suos subditos non vltimum

Hinmodo, vt hactenus, clementer commendatum seruent. Bene vale, Ex felici Heydelbergensi Gymnasio, vndecimo Nouembris. 1521.

Differentia Prima de principali huius Coniunctionis gubernatore.

ET si ex multifarijs errantium siderū in signo Pisciū coniunctionibus plura astra dominari deberent: cum quęlibet coniunctio specialem pręrequirat dominū: attamen cum hę coniunctiones vnam fere faciem possidebūt. Ego has omnes cōiunctiones iuxta Messahalle doctrinam pro vna coniunctione maxima accepi: In qua Saturni Astrum. qui suo in breui circulo super alia eleuabitur astra. Iuxta Ptholomei pręcepta: quę nobis suo incentiloquio propositione 63 tradidit: principale huius obstupende cōiunctionis dominiū tenebit: Iupiter tamen & si ratione loci coniunctionis fortior Saturno cōperiatur: ipse tamen radijs malorū oppressus Saturno in dominio pręferri non potest. Suis tamen benignis radijs eius seuiciem aliquantulū diminuet: beniuola em̄ astra euntes ad configurationem malorum ex quacunq; etc. Figura, vt inquit Hermes, aliquid eorum malicie diminuunt. Sed cum perpendamus proprias & appropriatas elementorū qualitates / quę signis & erraticis sideribus debentur: haud negabimus Venerem participare cum Saturno in dominio: quę plus maliciam Saturni augmentabit q̄ diminuet. Opponit̄ em̄ Venus semper Saturno, vt iuuencula antiquo, et cum odio persequitur. Vnde & ex consequenti, effectus huius coniunctionis peiores reddet.

Differentia Secunda: de effectibus huius Coniunctionis: et primo qualitatū primarum.

CVm iuxta diui Platonis in Thimeo sententiā: Oportet hunc mundum ęternam superioris vniformisq; actionē pro viribus imitari. Nemo hesitabit: quin diuerse combinationes planetarum in signo Piscium, iam frigus intensum, iam calorem: nunc in secunda siccitatem, atq; pertimescendam humiditatem / vna cum incessante flatu ventorū: tonitruis / fulminibus / ac offensiuis grandinibus multis in regiōibus concitabunt. Inde eueniet, quod homines in speluncis se abscondent, et in scissuris petrarū a voce tonitrui, a grandinis tempestate: & nusquā a turbine ventorū securi erūt. Qui transferēt mōtes & subuertent colles, dirimētq; castra alta, & plures ad heremum perducent naues, easq; submergent. Recte tamen cum huius coniunctionis naturam perpendamus. Ast unius Planete super alterum eleuationem dicemus humiditatem pę alijs qualitatibus dominare, quę multis in oris particulari assimilabit̄ diluuio ędificia plurima, homines / & beluas submergens, nec non & arbores, vineasq; funditus eradicans. Sicuti et olim factū fuit per diluuiū particulare in Achaia tēporibus Iacob Patriarchę, Et tempore Mosi in Thessalia: cū ob securitatem aquarū in montem Parnasum fugierunt homines,

Et saluator noster foedus hoc(quod vniuersam carnem amplius aquis delere non vellet)nobiscum non pepigisset, vti in Genesi habetur: timendum esset: ne aquarū inundatio mundū denuo deleret. Nam cum vnica duorum tantummodo superiorū Planetarum in signo Aquatico coniunctio vniuersali diluuium presigurauit, quanto magis ista: vbi nedum superiores: immo et omnia erratica sidera in humido signo conueniunt significaret: si sublimis gloriosus, omniumq; creator Deus fœdus diluuij: quod per celestem arcum notificauit, nobiscum non iniJsset.

Videamus tamen: ne per hanc timescendam Coniunctionē verificetur quod dudum propheratum est: Ascendet fluuius rapidus/impetuosus, operiens impiorum regna/vrbes, & amplitudines terrę eorum vsq; ad verticem montiū inundans. Propter quod demolientur ciuitates illorum, castraq;, & exercitus eorū penitus emergentur: Et clamabunt & vlulabūt populi a voce aquarū multarū.

¶ Ex his conclusiue infertur hanc Planetarum Coniunctionem non fore causam vniuersalis diluuij & sicuti quidem indocti arbitrantur, sed solum particularis: quod nil aliud censebitur, nisi excelsus pluuie vltra communem modum ad nonnulla particularia loca se effundens: nō tamen ita ingens & magnum vt totam regionem seu prouinciam in quibus apparebit funditus emerget, sed tantummodo aliquas partes tum maxime circa aquas positas molestabit.

Concitabit et hęc Coniunctio multa prodigiosa in firmamēto monstra, puto ignes volantes, dracones ignitas/stellas cadentes, necnon & horribilem cometam comas ad diuersas mundi partes extendentē duodecimq; signa perambulantem, qui Cometa multa admiranda/stupendaq; presagiet.

Nocebit enim potentibus hominibus: et faciet insurgere homines qui presument mutare legem antiquam, et res adducere nouas. Significabit & mortem plebis cum multa cede: multis in Regionibus, causa fidei: & quod religiosi interficient se inuicem. & qđ multiplicabunt infortuniū & horribilia & contrarietates in populo: & maximum bellum super affines regis: et se inuicem interficient: & erunt inimicitie inter alios magnates: & cedes in regibus Nigrorum & Egyptiorum, & hoc causa fidei.

Differentia tertia de frugibus et seminibus terre.

Sicuti enim temperate qualitates elementorꝝ diuersa variaq; producunt & gignunt entia ita & eędem qualitates distemperate entia plurima destruūt & corumpunt modo: cum hic multiplex Planetarū cetus excessiuas qualitates, nunc in calido & sicco, nunc in frigido & humido mouebit: timendum erit omnia fere genera vegetabilium in crescentia pati defectum, tum precipue siliginem & vina.

QVare timeant vindemiatores ne verificetur hoc dictum Propheticum: Non relinquetur ramus in vinea: nec superfluet botrus, quin conculcabitur per humiditatem: quę etiam multis in oris frumentorum maturitatem retardabit, aut funditus mergendo eradicabit: aut seminandi tempus impediet, & fructus in flore destruet.

NImietas etiam ventorum asperorum frigidorum granulosorum frumenta cum ad maturitatem peruenerint in terram prosternant, & grana ex aristis eijcient, & ea inutilia hominibus reddant. Vnde multi esurientes famelici peribunt: tum precipue homines septentrionem versus vitam degentes. Huius testis est Albumasar & Messahalla vbi inquiunt. Quod trium superiorum Planetarum in signo Piscium coniunctio multa nocumenta his inferioribus ex abundantia frigoris humiditatis Ast ventorum excessiuorum indicat paucosq; fructus /charistiam /& penuriam multarum rerum. Ergo complosis manibus oculisq; in cœlum eleuatis precemur astrorum conditorem saluatoremq; nostrum, ne super nos horribile suum dictum immittat cũ dixit: Secundum iudicium eorum iudicabo eos: propterea dabo filios eorum in famem: & emittam super eos grandinem /niuem /glaciem /spiritum procellarum, quę destruent & percucient cuncta quę erunt in campis eorum, ab homine vsq; ad pecus.

Differentia quarta martis furorẽ presagiet.

HEc coniunctio vti inquit Messahalla libro coniunctionum: commotiones bellorum magnas inauditasq; commouebit in populo. Suscitabitq; ad bellum gentem velocem amaram et crudelem ad diuersas partes mundi proficiscentem: quę neq; parcet, neq; placabit, neq; miseretur, sed sagittis & armis senes /adolescentulos /virgines /& paruulos interficiet, & lactantibus vteris vix miserebuntur. Et implebitur terra interfectis armis & gladio & vrbes: & villagia deserta erunt. Excelsa castra & edificia demollientur: Diripientur domus, & igne consumentur: & erit talis prosternatio hominum & sanguinis effusio, vt terra inundanti sanguine per totum cruentabitur: & homines nusquam securi erunt a facie inimicorum.

SAllient inferiores et viles homines in reges et magnates, & eos a regnis et dominijs eorum eijcient, et miserabiliter persequentur. Nam sicut anno mundi 2484 Coniunctio Saturni & Iouis in Piscibus indicauit electionem duorũ Og et Sihon, quos Iudei vicerunt & prosternebant. Ita timendum erit, q̄ hęc omnium Planetarum in signo Piscium coniunctio plures q̄ duos reges in terra Pisciũ aut Virginis eligi affirmat: qui postea per suos misere persequentur. Vnde amicus contra amicum armatis manibus commouebitur; & vndiq; reges ad vindictam armentur inimicorum.

QVARE videamus ne filij Hismaelis exeant de heremo, & nos castigent sine misericordia: & ne deus tradet in manus eorum. Regna christianorum & gentium propter peccata & scelera quę operati sunt contra pręcepta dei & Romanę ecclesię.

Differentia Quinta varias egritudines quas nobis Coniunctio minatur ostendit.

CVm temporũ mutationes a suis naturalibus qualitatibus morbos generant: vti inqt Ipocras tertio Amphorismorũ Aphorismo prĩo: & Auicenna Fen. tertia primi, doctrina scđa: Nemini dubiũ quin hęc Cõiunctio (quę q̄tuor anni tpa diuersimode quo ad q̄litates primas ĩmutabit) nõ tantũ nouos diuersosq; morbos nr̃o euo inauditos generabit, sed etiã paucas pręteriti pmittat ęgritudines quę nõ mortaliũ corpa tam hominũ q̄ brutorũ & vtriusq; sexus, & iuuenũ & senũ labefactabunt, et morte consumpta tumulabũt. Quare timeamus ne extremi dolores nos apphendant & ne sup nos calcabit interitus & penitus de orbe transferemur. Et vt breuibus dicta pstringam pauci superstent hoĩes q̄s nõ inuadet aut pestilẽtica febris, aut vlcera maligna corrosiua et putrida, scabies/lepra/paralisis, aut alię peracute ĩfirmitates capitis/colli/humerorũ/brachiorũ/ventris/dorsi/cordis/femorũ/& verendarũ tũ maxĩe cruriũ & pedũ: vti attestant pisces: q et aq̄ticarũ aĩaliũ damnũ et mortẽ pręsagiũt.

Differentia Sexta de statu legũ et sectarũ.

MAgnam hęc Cõiunctio in sectis mutationẽ pręsagiet: tũ pręcipue in Hebraica, vbi populus illius sectę dire et crudeliter flagelabit. Nam sicuti anno mđi 1365. silr & anno 2424. ob conuentionẽ superiorũ in piscibus populus Hebraicus & Israeliticus fuit sub seruitute crudeli Pharaõis a quo Moses in terrã incognitã fugit & multa ab eo passus. ¶ Etiã sicut ãno Chr̃i. 1464. propt eandẽ in signo pisciũ cõiunctionẽ Iudei fuerũt trucidati/venditi/& afflicti, et p regẽ Hispanię expulsi et in exiliũ missi. Ita et a fortiori timendũ erit: qd et p hanc omniũ Planetarũ in signo Piscium Coniunctionẽ inauditis calamitatibus circũdabunt, & crines manibꝫ e capitibus eorũ dilanient: dicentes: Ve nobis et filijs nr̃is: peccauimus in dño deo nr̃o crucifixo impie & fraudulent & inique ab ineunte ętate nr̃a conuersati sumus. Quapropt vniuersa mala quę in nos p hanc horrendã coniunctionẽ immittet, in vero & iusto iudicio facit: qm̃ nos sic per mala nr̃a opa eũ ad iram puocauimus. Et si Saturnus cũ cauda draconis Hebręos aliquantulũ suã ob fortitudinẽ nõ tueret, timendũ esset vt non omnino a Christifidelibus delerent: p multi tñ ob nimiã afflictionẽ et incommoda sacrum baptisma assument.

De Christianis.

OB signũ Pisciũ qd fuit ascendens Christianorũ: vti docuit Hali halenragel: fides Chr̃iana multũ debilitabit: et p aduersarios crucis diminuet: & in Chr̃ifideles in extremũ vsq; psequent. Et erit talis inter eos

calamitas quę forte immemoria hominum non fuit.

¶ Nam sicut in v̄gine natus fuit Saluator nr̄ Iesus Chr̄us q fidem Chr̄ianā instituit, & fideles in ea informauit: Ita timendū erit ꝙ hęc cōiunctio in Piscibus, qđ est signū oppositū Virgini, quendā homiem prefigurabit qui fidem Chr̄ianam destruet & Chr̄ifideles ad extremū vsq; affliget, & qđ faciet opa Chr̄i opibus omnino cōtraria: quē nō imerito Antichristū dicemus: Ab anti, qđ est cōtra, & Christū: eo qđ opa eius contra Christū erūt. Et hic homo veniet ex aliqua regione & loco subiecto signo Pisciū: de qbus infra dicet: & ꝓfitetur oēm Sectam & oēm fidē fouebit et tuebit. Et perambulabit plures Regiones: & plustrabit loca leonū / scorpionū / & thaurorū: tum maxie & pisciū. Et colet hic homo: iuxta pręcepta Albumasaris venerem / luxuriā / iocos & ludos. ¶ An aūt erit talis Anthichristus, de quo sacra pagina Ezechielis xxxviij. loquit: Relinquo diuine potentię: qm̄ nostrū nō est disputare de his quę soli deo sublimi & glorioso oīm rerū creatori reseruata sunt. Verūtamen si astris data est potestas influendi in hęc inferiora, vti nullus: nisi demens negat: nulli dubiū, qn aliquis veniet qui magnā schisma inter Chr̄ianos suis falsis doctrinis seminabit, et Christianos misere persequet. Quare vigilemus Christū profitentes ex Maria v̄gine natū, ne deus effundet sup nos iram & indignationē suam & iudicet nos scd̄m opera nr̄a quę prohpudor, in plurimū perniciosa / fraudulenta & mala sunt. Quare eleuatis oculis in cœlū, pręcemur cunctipotentē, vt iram suā a nob̄ auertat: & ne in exterminiū furoris & iracūdię suę super nos dominari inimicos crucis permittat.

De ecclesiarum Pręfatio.

SI antiquorū scriptis fides adhibenda sit nō transibit hęc coniunctio, qn supiores vna cū iunioribus ecclesiarū pręlatis (in qbus fere oībus nidificabat spurcissima vsura / miluus rapax / vultur edax / & luxuriosus passer) calicē meroris & lamētatiōis et tristitię bibent. Erit īter eos schisma magnū & dissensio in fide: q̄re videant ne sup eos irruat repentina calamitas: & ne domus oratiōis & sanctuaria in domos negatiōis & in latronū speluncas & lenonū mansiōes arrogantissime cōmutent. Et ne veniēt aduersarij ex diuersis natiōibus infideliū, & dicent. Disperdamus eos de gente & hęreditate, & possideamus sanctuaria dn̄i. Et hęc infausta ecclesiarū pręlatorū fortuna nedū accipit ratione Mercurij & Iouis q sunt significatores fidei et religiosorū ab infortunis infecti, verūetiā ratione domiciliorū eorū, quorū vna, puto Mercurij oppositis radijs errantiū syderū percutietur: altera vero Iouis: hanc malignā Coniunctionē hospicio accipiet, nequaq̄ tamē existimetis qđ ob hoc fides Christiana totaliter destruat, quāuis magnā ruinā capiat. ¶ Nauicu. n. Petri & si aliqualiter & in mľtis aquarū turbinibus fluctuabit, ex toto tñ nō submergetur. Nauis enim domini auxiliabitur illi, & brachium eius confirmabit eam, & concidet a facie hostes eius, & in fugam conuertet. COLVMBA enim suo volatu volatum Aquilæ vel accipitris non formidabit; vti inquit Cirillus.

Et si Martis eleuatio super Iouem: indicat gentem Turcorum irruere manibus armatis in Christi fideles, eosque atrociter lamentabiliterque adusque interitum prosternere, ipsa tamen gens ob obsessionem Martis a Saturno in eos minime prevalere potest. Vnde timeat iniquissimus Draco Turcus, ne culpa seipsum redarguat: & ne gentes ex diuersis terris cum furore & impetu contra ipsum commoueantur, & frenum in maxillis suis ponent, & ciuitates & regna sua destruent, & in Christianorum prædam dabunt. Quoniam hæc Coniunctio vnam generalem hominum de diuersis oris conuocationem præsagiet, in qua de fide multa tractabuntur: & de fidei restauratione: ast cleri renouatione & extirpatione & afflictione infidelium & paganorum. Et cum Pisces sint domus Iouis, qui in hac Coniunctione ab infortunis inficietur, timendum erit spirituales / religiosos / ecclesiarum prelatos / & homines diuinas leges tuentes, non parum ob hanc Coniunctionem inquietari & pati. ¶ Vigilate ergo vos sacerdotes & ecclesiarum prelati: lupus enim vorax pre foribus est: & ne vosipsi rethe paretis in quod vosmet incidetis: & ne culpa vestra vos redarguet.

De Sarracenis et Arabibus.

Sarraceni & Arabes ob debilitatem Veneris multa a Turcis & Christianis sustinebunt, incommoda / destructionem & incendia domorum, expulsionem a mansionibus suis. Foris enim vos vastabit gladius vindictæ: intus vero pauor / fames / & pestilentia. Et vt breuibus me absoluam multitudo aduersariorum & bellicosorum eos circumdabit: imperium eorum diminuet. Vnde gementes dicent. Recte flagellum dei ob facinora nostra nos castigauit.

Differentia Septima / de quibusdam Regnis prouincijs et ciuitatibus.

Tota Italia vna cum terra Romanorum quanta incommoda belli / pestis, & fame patientur, plus condolendum quam scribendum censeo. Quare vigilent, ne vetus illa prophetia de eis verificetur. Ve tibi Italia, ve tibi, ecce veniet ad te ab aquilone magnus comitatus armigerum, illustrium & fortium virorum, qui non modica cæde violentis manibus totam Liguriam possidebit. Ciuitas igne cremabit, castraque & excelsa edificia destruet. Et o tu Romana potestas ingemisce: nam nobiles tui interibunt: & magnus vir ex tuis incustodia detentus morietur: & per multi ob bellicosorum & infidelium hominum certamina succumbent & prosternentur. Vnde & in eis diuinus dominetur cultus: diuersa etiam morborum genera multos morti tradent. Vegetabilia & terræ fructus ruinam capient, & horridus marium fluctus, multos in profundum submerget.

O Francia multis aduersitatibus cõcutieris quare vide ne externe natiões in te magnã partẽ deuastabũt et sibi tributariã reddant: aut ne cõsurget vnus ex Alemanis q te propt̃ tuã sup̃biam & lasciuiã reget, & te vt turbo in oẽm terrã disperdet. Legit̃ eñ in antiqs prophetijs. Quod Rex Francie in magno conflictu in agro Brixiano inter exercitũ suũ & Imperatoris Alemani cũ innumera multitudine infideliũ capiet̃, & aquila inter lilia nidificabit: tñ ob signũ Cancri Franciã gubernans. In amicabili ad hãc cõiunctionẽ aspectu malũ hoc qd' Francigenis p̄figurabit̃ multũ diminuet̃, & postremũ bono fine claudetur.

ANglia pertremisce ob multifaria mala que tibi p hãc cõiunctionẽ p̄figurabunt̃. Dab. n. in p̄dã multoꝝ aialiũ: q̃ te si p̄uisus nõ fueris, deuorabũt. Et pp̄lus Anglicus ob ĩpetuositatẽ ast seuas egritudies et frumẽtoꝝ charistiã, ululabit et flebit, misereq̧ uitã finiet

HIspania: si quadratis harum coniunctionum radijs inficietur, vti per multi astrorum exploratores arbitrantur vix euadet, quin aliquantulũ per aduersarios & bellicosos inquietabitur & damnũ in fortalicijs suscipiet. Aquarũ etiam impetus agros Hispanorum infoecundet, & plurima edificia, & naues in profundum submerget. Hanc & infaustam fortunã Sicilia. Barbaria. & Armenia timeant.

DAcia/Norwegia/Suedia/Gotia/et circũiacentes Insule flebũt ob miseranda dãna que eis ĩpetuositates & turbines maris minant̃. Timendũ nãq̧ erit his in regnis submersio multorũ locorũ m'taꝝq̧ insulaꝝ paruaꝝ. Hec et ob stupẽda mariũ et aq̃rũ dãna, timeãt Hamburgẽses/Stadenses/Lubicenses/Rockstockenses/Dantiscũ, alieq̧ ciuitates cis littora mariũ et magnaꝝ aq̃rũ situate. Predicta etiã loca nedũ ob mariũ et aq̃rũ impetuositatẽ cõtristabunt̃, verũ ob multifaria dãna inĩcoꝝ qui eos vndiq̧ molestabũt. Fruges etiã et nascentia t̃re apud illos pereũt, & hoĩes ob seuas egritudines lamẽtabili morte vitã finient.

ET si gloria Regis Dacie per aduersarios suos conterat̃, attamen in breui iterũ restaurabitur cũ maxima honore et gloria Regis q sup inimicos suos fortificabit̃, & eos prosternet et in fugã conuertet. Et Suedi qui regi Dacie semp aduersant̃, concordiam cũ Rege inibũt: ipsiq̧ et dño eorũ naturali obedient, et mãdata eius obseruabũt.

BOhemia ingemisce quoniã omnia erratica sydera que ad q̃dratos radios tui signi sub quo dominari cepisti, deuoluent̃, exstirpationẽ & depressionẽ tui status & dominij p̄sagiũt. Et q̧ m'ti diuesaꝝ nationũ hoĩes cõtra cõspirabũt, q̃bus grauit̃, et nisi cũ merore & dãno resistes. Et m'ti astroꝝ periti indicãt, ex his multimodis cõiunctioĩbus Bohemos se subijcere ecclesie Romane, & derelinq̃re heresim in q̃ nũc ad ãnos 181. fere iacuere, et ducere honorificũ statũ et vitã honestam.

O Rhodos insula divina potentia hucusq̧ protecta, quę iuxta Marci Manlij sententiā a Virgine illustraris, vigila ne infideliū turba arces & mœnia tua collidet, tuosq̧ misere trucidabit, et ne maris tempestas agrorū fructus submerget, & fundamenta tuarū insularū absorbet, aut turbinosus ventus ędificia destruet: & terrā tremere faciet. Vndiq̧ em̄ tibi tribulationes aderunt aduersariorū, & infausta fortuna in multis tibi aderit, quare sis puisa, ut huic malo influxu resistere posses.

Vos Florentini timete ne leo vester pre timore aduersantium bestiarū tremebit, & vngulis eorū dilaniabit, & ne in vestros immittat̄ gladius bellatorū & pugnantiū eorū quasi tempestas turbinis dispergens. Qui aūt Florentinos sub Arietis dominio arbitrant̄ eos ab omni propulsatione aduersa euadere volunt, timeant tamen Florentini circa annum 1626. aut 1528. ne leo eorum cathenis dominabitur, & pre nimia multitudine interfectorum rugiet. Pręcauete & vos Leones orientales ab animalibus de rapina viuentium, quę vndiq̧ vos vngulis suis lacerare conant̄. Et vos leones occidui gaudete quoniā malus astrorū influxus qui vos dudum oppressit, nunc ad virginistas, & ad qui pisces in armis eorum gerunt deuoluetur.

¶ Exurget em̄ leo occiduus vna cū Scorpiōibus de antris suis, & concidet a facie inīcos suos et odiētes ipm̄ in fugā cōuertet, & mlti subt⁹ pedes eorū cadēt, et huius leonis cōstantiā / fortitudinē / et audaciā abhorrebūt.

Venetię vides ne cades in laqueū & captionē tibi iam ignotam, vndiq̧ em̄ tibi tribulationes / flagella / angustias, hęc cōiunctio pręsagiet. et qd' lamētabis et flebis pre mltitudine aduersantiū tibi, & qd' maris aquarūq̧ impetus, excessiuiq̧ ventus multa tibi damna faciēt. Quare vigilent Veneti, ne de eis verificet̄ qd' longe antea de eis uaticinatū est. Ve tibi f̄ra Marce, et ue ciuitati tuę magnę atq̧ supbe. Brachiū tuū dextrū a te gladio penit⁹ truncabit̄, et ciuitas qdem tua tribulatiōe / angustia / & flagello maxīo puniet̄. O Venetia, si annis nouiter transactis propt̄ tria tantūmodo erratica sidera in signo hūido cōiuncta tot mala passa fuisti: perpende nūc q̄nta patieris incōmoda cū oīa errantia sidera in signo hūido pisciū coitū faciēt. cui⁹ minas si euadas, ad Nestoris durabis ānos, q āno suę ętatis tricētesimo cū q̄nq̄ginta nauib⁹ ex Pilo insula contra Troianos venit. Et p̄sagia hui⁹ cōiunctionis de aq̄rum abūdantia, frugū destructōe, bellorū insultu, mortalitate hoīm, renouationeq̧ cleri, & aliarū affirmāt bine Iouis et Martis cōiunctōes, necnō & Saturni et Martis, quę anno 1504. in Cancro apparuere aquarum profectiones anno 1524. ad signum Piscium deuoluentur.

Differentia Octaua indicat quando effectus et significata huius cōiunctionis incipient & quantū durabunt.

Cum he cōiunctiones nō vno et eodem momento apparebūt, necesse erit effectus illarū coniunctionū (quas ego vnam

tantummodo coniunctionē, puto maximam existimaui) diuersis inchoari tempibus, nec eq̄li durare momēto. Hoc attēto. Dico aliq̄s effectus ichoari post annos 13. ab hora cōiunctiōis numerando, durariq; ad annos 5. menses fere 4. Alij aūt incipiūt post annos 15. hoc est anno 1540. & durabūt 5. annis, mēsibus fere 8. Nōnulli etiā huius cōiunctiōis effectus post 20: annos incipient ad 8. vsq; annos durantes. Erūt & nōnulla huius coniūctionis significata, q̄ vsq; in annū 1553. tradent, & ad annū vsq; 1563. durabūt. Demū aūt iuxta doctrinā Albumasaris libro cōiunctionū magnarū effectus illius cōiunctionis post 31 annis incipient 10 fere mēses, hoc est anno 1556 durabūtq; 5 annos, 4 mēses. Timendū tn̄ erit hanc conbinationē mltifariam planetarū suos deducere effectus anno 1523. necnō & anno cōiunctiōis puto 1524, in q̄ mltis ī horis in Ianuario, Februario, et Martio, tn̄ p̄cipue in Februario, maxīa aq̄rum inundatio apparebit, sata agrorū destruens, ędificia mlta dirimēs, & naues mariū in p̄lundū submergens, q̄re attentiores his tpibus simus in dirigendo ad dn̄m deū nr̄m p̄ces nr̄as, vt hanc aq̄rum tempestatē a nobis auertat.

Differentia Ultima sub breuibus loca in quibus effectus cōiunctionis vt in plurimū apparebūt enumerat.

Et vt refocillentur tristia corda eorū qui ob lectionē stupendarū rerū huius vaticinij pturbati fuere et semianimes facti, arbitrātes has res fieri p̄ vniuersum orbē, etiā ne videar plus garrulus q̄ veritatis interpres, dignū dijudicaui vt breuibus renumerent loca in q̄bus p̄fata huius cōiunctiōis infortunia magis euenient. Imitando itaq; doctrinā Ptolomei / Albumasaris / aliorūq; doctissimorū Astronomorū Dico effectus huius admirande cōiunctionis se vt in plurimū ad loca septentrionalia extrudere: ast ad ea q̄ intra meridiē & occidentē situant: tum p̄cipue Piscibus subiecta, ast aquę triplicitati. Ea aūt loca quę sub Geminorū / Leonis / Virginis / & Sagittarij dominio censeant portenta huius Cōiunctionis nō euadent: tum maxīe ea q̄ eis magnos fluuios, lacunas & littora mariū conspiciant. Timeant & hoīes eis Danubiū et Rhenū vitam ducentes, ne aquarū abundantia eis damnū ingerat, aut ne alijs infortunijs concuciant. Et si Croacia / Schlauonia / Corinthia / Athesis sub ꝟginis dominio censeant incōmoda huius cōiunctionis nō euadent. Pręsagiet & hęc cōiunctio nedū damnū in aīalibus aq̄ticis, verū & in volatilibus: attamē cū Pisces sit signū cōmune effectus cōiunctionis magis in hūano genere apparebit, & maxīe in his, qui domibꝫ orationū pręsint, vt est genus sacerdotū, & in magnatis & regibus, qui vniuersum mdm renouabūt, & forte sacerdotibꝫ nouas leges imponent: & primo illis q̄ sub signo Pisciū e vtero materno in lucem p̄diere. Et qui in armis eorū signū Pisciū gerūt: De hinc in illis qui sub Virgine nati sunt: & quarū arma ꝟginis signo decorent, postremū vero in his, sed minus q̄ Geminis & Sagittario subijciunt. Quare admoneo vos Reges & potentes vt sitis prouidi vestris in negotijs, & vtimini bono consilio, ne hec cōiunctiones vitā vestram abbre-

uient, aut ne contra vos gladiū interfectorū & aduersantiū concitent. Et si m̄lta loca p me conscripta sunt, qbus hę cōiunctiones infaustā fortunā: ast mala multa, vti prętactū est, minant. Inter oīa tn̄ magis timere habent Septentrionalia, & ea q̄ circa aquas & maria sunt: vti attestat signū triplicitatis aquęę q̄ in Septentrione vigorat. Attn̄ si aduertamus dicta Messahalle libro cōiunctionū cap 8 (vbi dicit. Si aliq̄ cōiunctio magna fuerit in signo cōi, de quorū nūero sunt Pisces, significat mediocritatem in bono & malo) magna etiam pars tristitię a nobis aufertur quę cordibus nr̄is ob huius Prognostici lectionē impressa est. Quare speramus infausta huius & pertimescenda coniunctionis mala nō tam ardua fieri sicuti a me conscripta sunt. Pręcemur ergo deū cunctipotentem, cognitorem occultorū, qui & coelos creauit, stellis lucentibus in similitudinē lucentiū candelarū adornauit, vt pęstiferum & infaustum harum Coniunctionum influxum a nobis auertat, cui sit laus & gloria perhennis.

Conclusio.

NUnc vt aures obtundam: liuidaque g spumantia inuidorum ora obstruam, quorum natura prona est bonas inuehere artes. Protestor coram omnibus qui meū Prognosticon legant, me nemini in diffamiam quidquam in eo diuulgasse, sed omnia auctoritate doctissimorum Astrologorum posuisse. Quare precor omnes scientiarū amatores qui mea scripta legent, si quid ineptum/iners compereant, corrigant, pieqꝫ emendant: homo sum, humanum est errare. Dedi etiam tantummodo his meis scriptis occasionem scribendi doctioribus me altius et profundius hisce de Coniunctionibus scribendum. Faxit deus vt in terris & in coelis ipsius fiat voluntas vt iam redeat & virgo, redeant Saturnia regna. Iam noua progenies coelo mittatur ab alto. Pax sit, & toto surgat concordia mundo. Vna fides, vnus iam regnet in omnia princeps.

De Regno Polonię additum.

POlonię Regni prouintię/Arieti g Tauro subiectę, non sentient aliqua grauamina ex dictis Coniunctionibus enumeratis Regnis ventura. Nam earum signa euaserunt malos radios Planetarum alterum enim nullo alterum sextili et benefico radicitur. Planetę quoqꝫ eorūdem & dignitatibus & locis venerati nihil aduersi portendūt.

Cracouię in officina Hieronymi Vietoris. Anno domini. M.D.XXIII. Ianu: 10.

1523

67.